



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

10

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
DE
PRINCIPIIS JURIS
INNATIS,

QUAM


SUB DIVINI NUMINIS AVSPICIO
DECRETO ET AVTHORITATE
MAGNIFICI, AMPLISSIMI,
ATQUE CONSULTISSIMI
RECTORVM ORDINIS

PRO SUMMIS IN UTRO-
QUE JURE HONORIBVS ET
PRIVILEGIIS DOCTO-
RALIBVS,

rîtè ac legitime capeffendis,

SOLENNIORI *Eruditorum Disquisitioni*
ventilandam proponit

JOHANNES FERRY Metensis,
Ad D. 26 Febr. A. O. R. M DCCV.



ARGENTORATI,
LITERIS JOSIÆ STÆDELII, Acad. Typogr.

V I R O
P L I S S I M O E T C O N S V L T I S S I M O
D O M I N O
A V I D I F E R R Y,
R I S C O N S V L T O E T
A D V O C A T O I N S V P R E M A
C V R I A M E T E N S I
D O M I N O D E J V S S Y,
P A R E N T I O P T I M E
D E S E M E R I T O


In Filialis Affectus

Debitique obsequij contestationem,

C Q V I C Q V I D E S T I N A V G V R A L I S
S P E C I M I N I S

Sacrum facere voluit debuit

J O H A N N E S F E R R Y,
A U T H O R.



I. N. D. N. J. C.

D E

PRINCIPIIS JURIS INNATIS.

THESIS I.



Um menti obverte- *Prælocutio.*

retur thema aliquod in
formam dissertationis Academicæ
elaborandum, primò quidem dubius
hæsi, num specimen Juris Civilis
cum jure Patrio collati, congruum esset concinnare. A-
nimadverti autem, consuetudines illas multum analogiæ
habere cum aliis consuetudinibus provincialibus Galli-
cis: quæ fermè omnes, præprimis vero Parisienses, Tre-
centes, Burgundicæ & Lotharingenses, à Viris ingenio
& doctrina claris, illustratæ expositæque sunt. Quæ me
impulere, ab incepto jam proposito ut desisterem, ma-
teriamque seligerem, quæ ingenii mei modulo aptior
esset,

A 2

effet,

effect, cuique in suscipiendis propugnatoris partibus forte ad eò impar non essem. Exantlatis igitur examinibus, mihiq̄ à celeberrima Facultate Juridica Argentoratensi, inauguraliter disputandi venia concessa: de *Juris principis innatis* differere constitui.

THE S I S II.

Non inconcinne *Celsus l. 17. ff. de LL.* ait: Scire leges non hoc est, verba earum tenere, sed vim ac potestatem: nec merito quis J Ctus justitiæque sacerdos audit, qui non æqui bonique tenorem noverit, licitumque ab illicito ex fundamento discernere didicerit. §. 1. *ff. de Just. & Jur. v. l. 31. ff. de pos.* Nec tutò quis, vasto J. Civiliumque negotiorum pelago se commiserit, nisi ante omnia nare didicerit, i. e. prima juris incunabula vel principia sibi perspecta habeat, unde jus omne fluit. Quam sinistrè autem, qui hominum commenta, opiniones & exempla pro principiis venditant, illaque ad quotidiana negotia unice adplicari volunt, sentiant, neglecto interim examine rationum, in promptu est omnibus judicare. Quorum optatis si jus adaptaretur, non jus certum & constans, sed fluctuans ubique præjudiciis que quæ mire variant nixum obtineret. Ex quibus adpareret, ut quis cum successu, salvaque conscientia, negotia mortalium intricata, eorumque circumstantias, secundùm æquitatis justitiæque leges solveat, ac decidere possit, antè omnia primæ rerum causæ, & fundamenta perspecta ipsi ut sint requiri: his enim explicatis, fons legum & juris facili negotio inveniri poterit. Quandoquidem verò justitiæ principium & fons juris primò ac propriè sic dictus est *DEUS IPSE*, ille summa lex, norma & regula est omnium humanarum actionum. Quate *Cic. l. 2. de LL.* ait, legem neque hominum ingeniiis

geniis excogitatam, neque scitum esse aliquod populorum, sed æternum quiddam, quod universum reget mundum, imperandi prohibendique sapientia, & l. I. d. II. sic ratiocinatur: non ergo à Prætoris Edicto, ut plerique nunc, neque à XII. Tabulis ut superiores, sed penitus ex intima philosophia haurienda Juris disciplina. Hoc itaque primò ac præcipuè hic substituere intendi, ut certitudo & veritas horum Juris principiorum, à DEO menti rationali insectorum, contra dissentientium sententiam vindicaretur. Quibus peractis, ad tria generaliora J. N. principia, quæ totam Juris scientiam complectuntur, me confero. Tandem nonnulla circa pactorum, contractuum, testamentorum, successionisque ab intestato jura, quatenus illa ex principiis innatis in Jus Civile fluxerunt, à me notantur. *Dem annuat capit.*

THESIS III.

More igitur in scholis recepto ut procedatur, circa terminorum elucidationem quædam annotare, instituti ratio fert; ubi statim *juris* vocabulum se sistit. Variò autem apud varios linguæ latinæ scriptores, illos imprimis, qui legibus operam addixere, significatu venit. Et primò quidem omne illud, quod æquum bonum ac justum est denotat. l. II. ff. de just. & jur. græc. καλόν. 2.) nonnunquam Jurisprudentiam designat. l. I. pr. ff. cod. 3.) facultas, quam quis relatè ad certam personam vel rem habet, ita audit; quod quis inde juri alieno subiectus dicatur, vel cum res veluti prædium rei alienæ servit. pr. I. de h. qui s. vel alien. jur. 4.) Ita dicitur, quod legibus permissum, nec expressè ab illis vetitum: vel prouti *Gratio*, quod naturæ societatis minimè adverfatur: vel ea acceptione, qua ipsi *Hobbefo*, scil. ut sit libertas naturalis à legibus non constituta, sed relicta. 5.)

necessitudinem, cognationem, affinitatem notat. 6.) jus honorarium, etiamsi Prætor inique decernat, 7.) quod omnibus aut saltem pluribus in unaquaque civitate utile. l. ii. ff. de just. & jur. 8.) & consuetudinem, cui ratio naturalis inest, denotat. vid. Grot. de J. B. & P. l. 3. 7, 5. 9.) Tandem, missisque aliis significationibus, quibus jus variè adhuc exprimitur, nobis præcipue illo significato venit quatenus & *normam seu regulam actuum moralium notas obligantem ad id quod rectum est.*

THESIS IV.

Per principij vocem, generaliter omnè illud, quod alio priùs, & ex quo aliud sequi, oriri, fieri aut pendere concipitur, denotatur; in specie verò hic primæ notiones, ex quibus jus emanat, undè certitudo ipsius aut probabilitas dependet; vel unde jus optimè fit & cognoscitur: vel veritates generales, ex quibus cætera tanquam porisitata & consequentiæ ex præmissis deductæ eliciuntur. De cœteris principia cum triplicia sint: alia essendi seu conciliandi: sic *materia & forma* rerum corporearum, possunt dici principium essendi internum passivum istius corporis, quod in esse suo constituunt: alia agendi, quo spectat principium externum & activum, estque substantia spiritualis, sive corporca, rem à se diversam agendo seu actione sua producens, sic illi daps esse: aliàs causa *efficiens* denominatur; & tandem cognoscendi, seu principia quædam notiora, nos in aliarum veritarum inde fluentium notionem, deducunt; de singulis respectu juris hinc inde ageretur; & separatim quidem circa cognoscendi principia, quatenus illa animo nostro tantum hærent, nec ad constitutionem rei ipsius quicquam conferunt, in primis dissertatio instituetur.

THES. V.

THESIS V.

Dum autem illa principia *innata esse* statuimus, eo ipso *positiva & adventitia* sccludimus: sive illa à voluntate Divini vel humani Legislatoris proveniant; illaque demum intelligimus, quæ Summus Naturæ Artifex, menti hominum ita impressit implantavitque, (non tamen quod animæ ita strictè inhæreant, ut dum mens ad ea non attendit, eorum sit memor) ut cuique bene sano & diligenter animadvertenti, seque ipsum introsipienti ultrò pateant: nec ulteriori promulgatione, quam qua Summus rerum Conditor ea menti firmiter insculpsit, egeant, ut ipsi norma essent eorum quæ faciendæ, vel fugiendæ, vel ut *Chrysippus* effert, ut esset regula ita promulgata præceptrix faciendorum, prohibetrix non faciendorum.

Innati nom.
men.

THESIS VI.

Mirandum sanè, extitisse Auctores, aliàs acrioris ingenij, qui eousque devenère, ut legem istam naturalem hominum cordibus inscriptam esse negarent, ipsis licet obloquente & refragante conscientia, ante actiones hominum, vel etiam post benè vel malè patratas actiones, sese exferente. Prætexunt illi, justa non ubique, semper, & omnibus, talia haberi, quod fieret, si aliquid tale natura esset: & jus, sive justum naturale nihil aliud esse, quam tesseram utilitatis, prouti *Carneades*, & *Montanus* alijque somniarunt, omniaque quæ à majoribus tradita, imitanda & credenda. vid. *Lactant. L. V. Instit. Div. c. 16. & l. 2. c. 7. eod. Quorsum & Horatij illud referas. l. 1. Satyr. 3.*

An dentur.

Rationes dubitandi.

*Utilitas justæ propè mater & aqua,
Jura inventa metu injusti fœcure necesse est.
Tempora sè fastosque vetis evolvare mundi.*

Nec

*Nec natura potest justo secernere iniquum,
Dividit ut bona diversis, fugienda petendis.*

THESIS VII.

Nec multum ab his alienus est *Hobbes, in sua de Civive Praefatione* : doctrinas scil. de justo & injusto, bono & malo, præter leges in unâquaque Civitate constitutas, esse nullas ; facit & huc *Anonymus Batavus in Diss. Epist. de princ. just. & dec. p. 73.* cujus verba quia planè singulare quid continent, referam : Anima inquit, ex Creatoris placito ita corpori unitur, ut ab ea pati atque affici possit : docet id experientia : Omnis autem illa passio ad duo commodè referri potest ad dolorem & voluptatem : dolorem concipit anima, quoties talis fit spirituum motus ad mentem, qui unionis naturæ minus est conveniens : voluptatem quoties eum motum percipit, qui unioni convenit. Hac itaque affectione prædita erit mens cum corpori unitur : & hæc affectio est unicum principium, menti à creatione inditum : reliqua principia, aut notiones, quocunque lubet vocare nomine, acquisitæ sunt, & ipsa mentis ope sedem in mente habent. Hæc ille. Cætera quæ à variis Auctoribus ad jus illud connatum pernegandum afferuntur, veluti à *Princ. Machiav.* nos non moramur, sed in ipso conflictu si proponantur, refutabimus. Quin potius id demus operam, ut ex solidis & irrefragabilibus rationibus sententiam nostram adstruamus.

THESIS VIII.

Rationes ergo, quæ nos de horum J. N. principiorum veritate certiores reddunt, ab homine *ex sui primò inspectione* depromuntur : quam & Pythici Orac. præscriptum commendat, *γνώθι σεαυτὸν.* Si quis enim ad mentis suæ naturam attendat, ejusve operationes, mirum

rum in modum ex ejus structura ejusque cum corpore compage, has veritates generales & axiomata inde convenientia detegit. Videt enim mentem illam intellectu & voluntate præditam, corpus suum animare: certit præterea, intellectum perceptione, judicio & ratione, quæ illius veluti essentialia attributa sunt, muniri: voluntatem verò variè affectam & inclinatum esse, pro objectorum diversitate, & pro ut, liberè circa hunc, vel alium quemvis actum, sine ulla necessitate & coactione interna se determinat. Dum autem mens apud se deprehendit, suive conscia est, se rem intelligentem, libereque agentem esse, non potest, quin dum harum perfectionum memor sit, simul aliquem intendat finem, ad quem nimirum actiones suas componat, quique & cogitatorum, & dictorum, actionumque suarum extrinsecè se exserentium norma sit. Est enim sibi homo microcosmi instar, in cujus contemplatione si tantisper hæreat, miranda non modò suæ Existentiæ, sed & Autoris sui ejusque voluntatis argumenta deprehendit.

THESIS IX.

Cum itaque mens seu animus apud se sui initij, seu mentis & corporis suæ existentiæ, apodictica deprehendat argumenta: ultròque ipsi pateat, variis adhuc virtutibus perfectionibusque denudatum esse: nec ex diversis, quibus obseptus est, imperfectionibus emergere: cumque nec sibi esse, ita nec porrò esse dare queat: non potest non eo ipso ad aliquod Ens perfectius potentiusque recurrere, ad quod naturæ quodam motu & desiderio summo fertur, atque unde, vel conservationem petimus, vel perfectionem, quanta dari potest, maximam. Ut adèò nemo sit, qui hujus Entis summè perfecti existentiam in sinu gestare non sentiat. Homo quippe tam

Ex DEI
id. i.

DEI plenus est, ut tantum non oculis usurpare illum, & manibus quasi palpare in se ipso queat; neque tam ex sapientissimorum hominum, quam ipsius naturæ formula ac lege, quicquid etiam *Diagoras Melius Theodorus Cyrenæicus* referente *Cicerone* nec non *Epicurei* providentiam ipsi denegantes, cæterique Athei sentiant. Nec tantum quando collibitum est homini, sed invito etiam, DEI quædam præstò est & se ingerit imago; vid. omninò *Rachel. de j. N. & G. §. 18. & 19.* Cui illud *Cicer.* quadrat, nulla gens tam inmansueta quæ Deorum ancipationem non habeat: etiamsi ignoret qualem habere DEUM deceat, tamen habendum sciat,

THESIS X.

Quæ tamen luculentius à magno illo *Gent. Apost. ad Rom. l. v. 19.* evincuntur. Quoniam id, ait, quod de DEO cognosci potest, manifestum est in ipsis: DEUS enim eis manifestum fecit. Ubi conscius DEI conceptus, seu animo obversans de DEO cogitatio designatur, quæ DEUM nobis repræsentat, ut perfectissimum. Et licet magis magisque ex rebus creatis attributa DEI, nec non ejus perfectiones appareant, non tamen omnes deduci possunt nisi præviam & cogitationē & ideam DEI nobis insculptam supponamus. Summam quoque attentionem merentur, quæ *ad Rom. c. II. 14.* affert: Nam cum Gentes quæ legem non habent, naturâ, quæ legis sunt, faciant, isti legem non habentes, sibi ipsis lex sunt. Et *vers. 15.* Ut qui ostendant, opus legis scriptum in cordibus suis, unâ testimonium reddente ipsorum conscientia; sub quorum vocabulorum *inægyptia* omne Jus Naturæ Apostolum complecti, multi sentiunt. Illud saltem hic constat, non lumen revelatum, sed lumen naturale intellexisse. Per hæc verò verba *DEUS ipsis manifestavit,*
satis

fatis arguitur, Summum naturæ Opificem cordis hominum penetrabilibus ac quasi visceribus sui notionem implantasse, ac eorum mentem notitiâ sui quasi imprægnasse.

THESIS XI.

Nec ad hujus argumenti validitatem ipsa conscientiz *συνήνεσις* parum confert, quæ si benè egerit, tranquillè & pacatè se habet, sin secùs, reformidat metuque *Ex conscientia syneresi.* poenæ contremiscit. Quæ satis arguunt, oculum vindicem summi & justissimi Judicis, de benè vel malè hominum pattatis, vindictam sumpturi. Luculenta hujus in historia Romana de Nerone & Diocletiano, exempla prostant, quibus conscientiz vis tanta erat, ut ad illam tanquam ad tribunal quoddam, cujus sententia stare adacti, provocarint. De Tiberio refert *Tacitus Annal.* 6. c. 7. n. 2, adèd facinora atque flagitia sua ipsi quoque in flagitium verterant: quippe non fortuna, non solitudines protegebant quin tormenta pectoris suasque ipse poenas fateretur. vid. *Suet. in Tiber. vitâ num.* 67. huc ref. quæ habet *Cumberl. de LL. Natur. c. V. §. 35-*

THESIS XII.

Inde & Carneadis illud facile videscit: nihil scil. natura justum esse, aut honestum aut turpe: jura tantum pro variis Gentium moribus & temporum varietate introducta mutataque, jus autem naturale nullum esse. vid. *Lactans. l. V. div. Instit. c. 17.* & quæ *thes.* 6. afferuntur. Ad quæ argum. doctè respondet, *Mauris. Diss. Ex societ. de princip. Jur. Publ. c. 4. sect. 7. §. 22.* Id certò constat naturâ & inclinatione seu desiderio summo ad societatem colendam, etiam non primariò utilitatis propriivæ commodi habito respectu hominem ferri cum & cognationem quandam inter nos natura constituerit. l. 3.

ff. de just. & jur. Etiam si enim re nulla indigeremus, sed omnia fecundè naturæ mater subministraret, ad mutuam nihilominus societatem colendam impelleremur, cum ab homine nihil humani abesse debeat. Sed & hæc spectat insitus ille amor erga proximum, cui ut subveniamus in adversis, eumque ab imminentibus periculis eripiamus, jubet imperatque ipsa J. Nat. vox. Inest autem homini peculiaris facultas sciendi agendique secundum generalia præcepta, quibus quæ conveniunt, etiam non sunt omnium quidem animantium, sed humanæ naturæ congruentia. Nec magis delectatur homo, quam si officiis suis etiam quibuscunque de aliis bene mereatur: sed & N. J. utilitas commodumque proprium accedit. Ideò enim Naturæ Author nos singulos infirmos; multarumque rerum egenos nasci voluit; quo ad socialem vitam colendam alliceremur, impelleremurque; imò plurium annorum sollicita informatio requiritur, ut in victu & amictu comparando sufficientes simus. In eo saltem deterioris præ brutis conditionis, cum sit homo, vide, quantum aliorum ope & consortio egeat. Imo cum ætate & judicio maturescimus, quo hujus vitæ temporalis commercium, nobis commodius jucundiusque evadat; natura dicitur, & ipsa aliis cogitata & mutua officia ut coadaptemus, eorumque amicitiam nobis conciliemus foveamusque. Meritò hinc *Hobbessio* succensendum, qui statum naturalem statum extrà omnem legalem statum non socialem esse, hominemque ex solo metu contra omnem inclinationem ad societatem ferri, asseveravit, quibus doctè *P. Gassendus* in opere *de Philos. Epicuri tom. 3.* nec non *Puffend. in Elem. Jurisprud. Univ. l. 2. obs. 3.* respondet.

THES. XIII

THESIS XIII.

Qui porro notiones illas communes pernegant, sententiam ex *Arist. l. 3. d. anima. c. 5. §. 14.* adstruere videntur, qui animam tabulæ nudæ seu speculo assimilant, indeque celebre dogma in scholis ortum, nihil esse in intellectu, quod non fuerit in sensu. Quæ si de rebus tantum corporeis earumque variis effectibus assentuntur, facile largiri possumus, cum ab objectis externis moveantur. Sin verò de rebus spiritualibus & immaterialibus, nil minus quam in sensus incurrere videntur. Quid enim corpora rudia, & motus corporei externo sensu percepti, cum DEI, cogitationis, angelorum mentiumque naturâ relationis habent? Et anne ex hujuscæ tantum mundi spectabilis & materialis structura, homini de entis supremi & infiniti natura, item cogitationis propriæ, justi ac injusti discretione per sensuum organa, observari posset cogitatio? nisi penitus jam DEI notio, existentizque propriæ conscientia insideret. Immediatè ergò hæc Jur. Nat. principia animo resident, nec ope rerum externarum adscita sunt, nec arbitraria compositione à voluntate nostra producta sunt. Conf. tamen *Magnif. Dn. Schilteri manud. Phil. mor. c. 3. §. 18. & c. IV. §. 6.* qui de gradu cognitionis ope sensuum memoriæ & phantasiz scil. à rebus externis adscitæ & acquisitæ, curiosè & doctè differit, Ubi distinguit, non ut sentiendo intelligat intellectus, aut deliberet *διάνοια*, sed ut per certos gradus supponat sensum, &c. vid. & cum *in not. manuscript. conf. Joh. Cottan. Philos. Patav. de triplici statu anima rationalis Disput. X. Sect. V. v. & Rom. I. v. 20. ubi de cognitione Summi numinis ope rerum visibilium accersitâ.*

Num mens sit instar tabulæ nudæ.

THESIS XIV.

Quod autem anonymi, subtiliter aliàs in *Diff. Epist. de princip. just. & dec. differentis*, principiisque Hobbesii fortiter insistentis, omniaque justii & injusti principia & notiones communes innatas pernegantis, sententiam attinet, nullo prorsus veritatis vestigio nititur. Omnia autem illa, ad mentis unionem ejusque passiones & affectiones refert: cœteras notiones communes, omnes adventitias esse, & ipsâ mentis ope sedem in mente habere asserit. Implicat siquidem DEUM T. O. M. hominem intellectu & voluntate præditum creare, nec tamen sui notionem, seu ideam, justique ac injusti discretionem ipsi indere. Imò & DEI imago, ad quam hominis mens efformata est, quid aliud quam reatudo illa homini primo concreata & in intellectus DEO digna sapientia consistens, in *Πρωτες ad Coloss. 3.* voluntatisque sanctitate consistens, in *ἁγιότητι τῆς ἀληθείας. Eph. IV. vers. 24.* i. e. sancto studio veritatis, sanctitateque voluntatis veritatem amanti. Quæ licet DEI imago per hominis lapsum depravata, non idèo planè oblitterata, & ab hominis essentia ita averruncata, ut non aliquot adhuc divinitatis reliquias ac rudera, notiones scilicet communes boni & mali, æqui & iniqui, ipsi remanserint. Depravatio ista arguit quidem mentis corruptionem, quatenus in se evanida facta, non illius defectum, cum priora naturalia manserint, aliàs quod ipsa natura humana petierit afferendum foret, quod implicat. Tantò autem longiùs ab imagine DEI recessimus, quod justum bonumque scimus, & tamen operamur malum eoque delectamur. Nempe huic bonæ & DEO dignæ qualitati, pravitas & pervicacia mentis circa actiones cogitationesque intrinsecè bonas, successit, quæ eum impulsu veluti

uri quodam summoque cum oblectamento ad malum incitat non quidem ut tale in se, sed quatenus sub specie alicujus boni, apparentis sc. nobis obversatur; idque ob mentis cœcitatem nebulasque, quæ efficiunt ut omnia præjudiciorum infantiz ulnâ metiamur. vid. *Rach. dissert. de J. N.* §. 133. & 134. verba sunt: Relicta est tamen homini ratio, quæ suis adminiculis aliquam rectitudinem adepta, Jus Naturæ cordi inscriptum agnosceret, promulgaret, ejusque auctoritate motus animi comperceret aut refrenaret. Cum tamen & ipsa ratio pravitate morum & exemplorum corrupta, non satis agnoscat leges naturales, DEUS iterum eas nova promulgatione in monte Sinai renovare voluit.

THESIS XVI.

Mentis ergò essentia, non semper tantis obscurata *Ex Gent.* & circumfusa tenebris præjudiciisque jacet, (nisi saltem *unanimi* longâ temporis serie pravaque assuetudine quasi cau- *consensu.* terisata, quando ut *Javen.* canit, consuetudo mali tenet in sanabile multos) quin itidem lux, quæ veluti vox DEI, in ipsa reviviscat refulgeatque eamq; sui officii memorem efficiat. Quæ tam certa sunt, ut nullæ fermè Gentes sint quantumvis etiam barbaræ distortique animi, praveque & præter naturam affectæ, quibus non Summi Numinis Entisque perfectissimi, sui que officii erga alios, & præprimis se ipsum, anticipatio, penitèns altisque defixa sit radicibus. Etenim quæ natura homini insunt, donec vivat in ipso deleri planeque aboleri nequeunt. v. *Winsler. de pr. Jur. c. 9. p. 86. & seqq.* Unde porrò sibi consciscerent qui pœnæ humanæ non subjacent, quique in occulto malè impie gesta patrarunt, nisi judicium Judicis alicujus suprema omniaque cernentis ipsis immineret, propriæque conscientiz stimulus, velut domesticus tortor

i. s. s.

ipsis adjaceret ac ubique eos comitaretur? Justa Deorum ultio persequitur fontes, *v. thes. XI.* Unde & furiarum nomen apud Poëtas subortum, quibus atra colubris ora, scilic. idè quia essent scelerum ultrices Deæ, i. e. grave & implacabile numen. Cur insuper beatæ sortis æternæq; felicitatis summo desiderio flagrarunt, Ethnici, quidque eorum eo adduxit Poëtas ac vates, ut tam eximia de animæ immortalitate præfati fuerint? ni jam ipsis perspectum fuisset, eos, qui in hujus corporis compage probè vel scelestè ævi tempora transegerint, post præmia digna portaturos, vel pœnas sempiternas duros. Et si fatendum quod res est, omnes summè expectant ab hujus vitæ ærumnis & calamitatibus ut immunes forent, plenoque gaudio & lætitia in hacce vita fruerentur. Cum autem nemo mortalium sit, qui ob peccatum ab aliquâ non prematur miseria; hoc eos eo impulit, ut nomen aliquod placabile, & ob malorum infinita propè genera, quibus detinerentur, numina quoque innumera omnibus modis & viis sibi adsciverint. Verum peccati quidem miseriæque extremæ ex lumine naturali deprompta aliqua quidem aderat notio: sed nullum peccati remedium subministrabatur. Quod ex divinis Oraculis seu lumine revelato demum elucescit depromiturque.

THESIS XVII.

Hujus lucis innatæ fulgor porrò, deperditissimos etiam irradiat: cum eadem, quæ in Adamo natura humana in omnes deriveret; omnes præterea rectæ rationis usum eandemque rationem ac legem insitam habeant, nec veritas à DEO constituta pravorum opinionibus tolli possit; quod eos propterea inexcusabilem efficit. Quod & ipsi *Cic. l. i. d. LL.* innouit; nihil in unum uni tam simile, tam par quam omnes inter nosmet ipsos sumus.

sumus. Quod si depravatio consuetudinis, si opinio-
num vanitas, non imbecillitatem animorum torqueret
ac flecteret quocunque cœpisset, sui nemo ipse tam si-
milis esset, quam omnes sumus omnium & *insequentibus*.
Quibus natura ratio data est, iisdem etiam recta ra-
tio data est: Ergò & lex, quæ est recta ratio in jubendo
& vetando; si lex jus quoque, & omnibus ratio, jus igi-
tur datum est omnibus, & 3. *Tuscul. quest.* natura par-
vos nobis dedit igniculos quos celeriter malis moribus
opinionibusque depravatis sic restringimus, ut vix na-
turæ lumen appareat. *vid. Rachel. de J. N. §. 19.*

THESIS XVII.

Neque nos morantur *exempla* quæ in contrari-
um afferuntur: veluti de Indis quibusdam Callatiis, *Exempl. in*
Brasiliensibus, Bracteanisque qui parentibus vescuntur, *contrar.*
& apud quos crimen impunitum, jacet: & quæ de Pa- *allata re-*
dzis, qui sanguine sibi junctos & maximè familiares *felluntur.*
morbo detentos suffocant: aut de Indis quibusdam,
quorum cum unus è conjugibus decessit, ejusque cada-
ver foveæ vel rogo ad comburendum magnis cum so-
lennibus impositum fuerit, alter superstes conjux ap-
plaudente populo, honori que summo sibi ducens se in
ignem vel foveam cum defuncto præcipitem agebat. Si-
quidem non distitendum, eos eo ipso in Jus Naturæ
peccasse; & ex perverso more id apud eos invaluisse,
quanquam aliquid boni inde intendere videantur; quod
gloriosum quid præ se ferat, vitæ individuan & fami-
liarem consuetudinem debere quoque ultimi infor-
tunii & mortis societatem post se trahere; aut eò id
fecere, quod *μετεμψύχασιν*, transmigrationem anima-
rum in alia corpora crediderint, de quâ multum apud
antiquitatis auctores, imprimis *Pythagoram* hujus ad in-
ven-

ventorem : Vel quod à veritate non abfimile videretur, quod post hanc, gloriosorem vitam expectarent. Quod quidem ostendit, eos magis in conclusionibus & principiorum universalium applicatione, quam in ipsis principiis & in L. Nat. præceptis ulterioribus potius quam primis errasse. Morum enim diversitas conclusionum potius diversitatem, vitiosamque principiorum applicationem quam eorundem negationem infert. *vid. Celebrerrim. Dn. D. Zentgrav. de Orig. Verit. & Immut. Jur. Nat. art. VI. §. 59.*

THESIS XVIII.

Constat itaque omnes quibus sana ratio non est denegata, hisce primis Juris notionibus ac principiis imbuti; & meritò hinc bruta *ἀλογα*, quæ hujus juris peritiã tantùm censentur, excludi. Et quanquam negari non possit, actus aliquot J. Nat. bruta edere, veluti conjunctionis maris & sceminæ, prolis educationis, vitæ defensionis, &c. prout §. 1. *Instit. de just. & jur.* intelligi jus tamen ipsum non exercent : quandoquidem jus omne & lex subjectum ratione præditum requirat : & inter quos viget jus ; inter eos & ratio, & æquum & bonum & justitia, & lex & societas sit necesse est. *vid. Grot. l. 1. de J. B. & P. c. 1. n. 11.* Nec juris capax censetur, nisi naturã præceptis utens generalibus. Pertinet & jus omne ad actionem, quæ rationis & electionis est; non ad inclinationem, quæ animali competit ut est animal : quod & *Seneca* fatetur, *l. 2. de ira. animalibus pro ratione impetum, hominibus pro impetu rationem esse.* Inde cum damnum dant, pauperiem non injuriam fecisse dicuntur, cum animal sit sensu carens, *l. 1. §. 3. ff. si quadrup. pauper. sec.* tum & ab omni peccato poenaeque vacent : lege enim & justitia tantùm adversus homines utimur. & ut

& ut rem exactius perpendamus, cognitio est, qua quid percipio ita ut ejus imaginem & ideam animo intueri videat, & illud veluti præsens mentis oculis spectare; hoc autem in bruta non cadit. Implicat porro summum rerum conditorem moderatoremque aliquot J. N. præcepta brutis implantasse, & tamen sui potiore primaque notionem ipsis denegasse: vel quod eodem recidit: brutis saltem confusam cognitionem, seu instinctum quendam inesse, nec tamen sui creatoris ob quem unice omnia suum & esse & subsistere habent, notitia ornari. *vid. Mallebr. de inquir. verit. & Lactant. de irâ DEI. c. 7.* In variam tamen sententiam hic abeunt Docti Jurisconsulti ut illum Ulpiani locum, *l. 1. §. 3. ff. de just. & jur. commode* explicent. Conf. omnino Collegij disputatorij solennis in Jurisprudentiam Universam *Excellentiss. & Consulitiss. Dn. D. Felzj Exerc. 1. Posit. XI. & annot. lit. I. ubi disting. 1. inter ipsum jus naturale, & modum dirigendi. 2. inter jus ipsum & modum apprehensionis. & 3. inter jus ipsum & effectum in quo differentia*; homo cognitione & judicio præditus ac libertate agendi sub peccato poenaeque obligatur, non item bruta & seq. facit & huc quodammodo quod habet *Excellentiss. Dn. D. Zentgrav. de Orig. Verit. & Immut. J. Nat. artic. VII. §. 3. & omnino quod habet Illustris Dn. D. Schrag. Antecessor olim hujus Universit. in Introd. ad Instit. de J. N. G. & C.*

THESIS XIX.

Adstructa nunc horum J. N. principiorum notio-
 numque communium hominum præcordiis infortum,
 veritate ac certitudine: quid ulterius per illa intelliga-
 tur disquirendum. *Principia* vocant, *propositiones omnes*
per se & natura sua notæ, h. e. quas ex ipsorum termi-

norum perceptione sine præceptore & labore, sine ullo
 aut modico discursu, homo intelligit, simul atque ratio
 in eo sese exferit, & sensuum ope simplices terminos ap-
 prehendere incipit. Vel sunt *facultates juxta rectam ratio-
 nem & naturale illud lumen judicandi & statuendi de iis
 quæ ad vitam hanc honestè, justè & prudenter instituendam
 pertinent.* vid. Horn. Phil. Mor. l. 2. c. 2. Ex his verò
 principiis deducuntur quædam *πρῶτα* seu conclusio-
 nes, quæ per discursum sive syllogismi sive inductionis
 ex principiis eliciuntur. vid. Magnif. Dn. D. Schilter.
 Manud. Phil. Mor. c. 3. §. 4. Alij sic efferunt, principia
 sunt notiones quædam communes, & veritates quædam
 generales græc. *κοινὰ ἔννοιαι*, insitæ & quasi consignatæ
 in animis nostris notiones, quas in omnium impressas
 divinitus animis atque insigniras cernimus, quasque sum-
 mus rerum Opifex & Rector DEUS T. O. M. ita homi-
 num menti, sine ullo hominis satu cultuve infixit incul-
 cavitque, ut nemo, qui ætatem discretionis assecutus
 fuerit, hæc J. Nat. dictamina, modo paulisper attente se-
 cum loquatur, apud se non perpendat, sæcundoque qua-
 si sinu foveat. Horum autem alia in se obligant, i. e.
 aut expressè aliquid jubent vel vetant; alia permissi-
 va & indeterminata sunt, quorum determinatio & accom-
 modatio ad societatem civilem arbitrio humano & judi-
 cio Rationis est permessa. vid. Seld. c. 8. de Jur. Nat. He-
 braor. & præl. Magnif. Dn. D. Schilt. Manud. Phil. Mor.
 c. 6. Sed posteriora quidem improprie dicuntur princi-
 pia J. N. priora autem generaliter in præcedentibus ex-
 plicata sunt. Superest, ut de præceptis aliquot J. gene-
 ralioribus quædam in specie differamus. Exponemus au-
 tem tria J. N. pervulgata, & cuilibet per se nota præ-
 cepta, nimirum ut 1. *honestè vivamus*, 2. *neminem læ-
 damus*.

damus, tandem & 3. unicuique quod suum est reddamus, secuti Imperatorem nostrum Justinianum in *Institutis* & veteres *JCos Romanos in Pandectis*. Sub his siquidem præceptis, cætera J. N. præcepta tanquam porismata seu consequentiæ & ratiocinia ex præmissis suis deducta continentur: sed ad rem.

THESIS XX.

Primo itaque se sistit J. N. præscriptum, scil. vitæ *Honestæ* honestas seu honesti lex, quæ illud omne quod *decorum vivere justum æquum modestum ac probum* est denotat; nec non *quid?* rectæ rationi est conforme. Aliis honestum idem ac justum, illud tamen hoc latius patet, cum justum relatè ad hominem in societate degentem accipi debeat. *vide Rach. in Prefat. ad offic. Cicer.* Honestum id quoque quod legibus convenit, quod verò ei contrariatur turpe dicitur. *vid. Puffendorf. de J. N. G. l. 1. c. 2. §. 6.* Nonnunquam & utile honesti nomen accipit. *vid. l. 6. ff. de mun. & honor.* Cum honestum dicimus, non modò illud quod honesti & decori tantum speciem aliquam externam præ se fert, quod græc. *εὐχημον* habitum externum denotat: verum & præcipuè illam morum probitatem ac candorem qui efficit, ut omnia nostra cogitata dicta & facta dictamini sanæ rationis illisque primis notionibus ac veritatibus generalibus, quasi DEI voci, (cujus & ipse Auctor, ideò luminum Pater dictus, & rationalis puta & revelati in verbo) attemperemus; per quam DEI velle, si non perfectè, verè tamen repræsentatur. Quare & *Cic.* benè inculcat, *l. 1. de offic.* sic faciendum; ut contrà universam naturam nihil contendamus, & ea tamen conservata propriam rationem sequamur. *Senec. Epist. 86.* Improbamus igitur sententiam *Ant. Picardi* *JCti Hispani in Comment. ad §. 3. l. de just. & jur. affec-*

rentis, illum honestè vivere, qui pro patrio more vivit; Mores quippe seu consuetudo J. Nat. opposita, jus non constituunt. *Nov. 134. c. 1. in f. v. c. fin. X. de consuetud.* Non ergo habitus vel species tantum externa honesti naturam constituit, sed tum quidem cum & illud quod *σεμνόν, πρέπον*, seu decorum accedit; quod interpretes Theophilus per *καλῶς βίῃν* exponit. *vid. J. Sam. Stryc. de jure licit. sed non honest. cap. 1. n. 81.* quorsum & refer quæ habet *Puffend. de offic. H. & Civ.* Ut actio perfectè bona sit requiritur, tum ut, quod lege præscribitur, juxta omnes partes impleatur, tum ut agentis animam unicè excitet studium legislatori promptum obsequium exhibendi. Quo fit ut tum is optimus civis audiat, qui & probus vir simul existit.

THESIS XXI.

Honestas hæc omnium virtutum moralium seriem involvit: nec honestè vivere quis justo titulo ac jure dicatur, qui illarum unicam forsitan vel alteram præ se ferat: reliquas verò parvi faciat, cum eo ipso nil minus quam virtutis opus exerceat, quod Ethnici per *Gratia* dextra se tenentes non ineleganter significarunt. Ideoque fit ut si in uno vel altero iniquus quispiam deprehendatur, non immeritò omnis justitiæ rectique contemptor audiatur. Sed hujus J. N. monito omnes justitiæ universalis partes involvuntur, omniaque legibus præcepta. Etsi autem legibus, omnes honestatis partes generaliter præcipiantur, earum tamen neglectus non omnis in judicium ad pœnas infligendas deducitur; sic non omnes ingratitudinis species puniuntur: neque libido in adulteris sed *πλεονεξία* juris quæsitæ alieni J. Civili puniretur. *vid. Illustr. Dr. D. Schilter. Præcept. omni honoris cultum præseq. Manud. Phil. Mor. c. 2. §. 28.* multa quip-

quippe jubentur à Legislatore, de quibus non datur iudicium, ne lites in infinitum crescerent.

THESIS XXII.

Dum autem ea quæ in se honesta & decora sunt præcipit lex, eo ipso omnia facta quæ lædunt pietatem, verelicium recundiam, existimationem nostram, & generaliter quæ honestum honestum

cunque pugnant cum legibus & bonis moribus verant. est.
vid. l. 15. ff. de condit. Instis. Et non omne quod licitum, i. e. expressè non prohibitum, legibusque impunitum statim honestum est. Sic à quibusdam nuptiis veneratione contanguitatis vel affinitatis abstinendum est. *l. 14. ff. de rit. nupt.* in nuptiis quippe naturale jus & pudor inspiciendus, §. 1. 2. 3. 6. & 9. *de nupt.* Sic & stipulatio pœnalis nuptiis adjecta, cum sit contra honorem matrimonij, ipso jure nulla: siquidem, quod non vetat lex hoc vetat fieri pudor. *Grotius igitur de J. B. & P. l. 3. 4. 2.* licitum explicat de eo, quod rectum ex omni parte piumque est, etiamsi fortè quid laudabilius fieri possit. *Puffendorf. de J. N. G. l. 1. c. 7. §. 2.* sic interpretatur, quatenus licere dicitur, non quod salva pietate & officiorum regulis fieri potest, sed quod apud homines pœnæ non subiacet. *Quæstio hic suboritur, num prætextu infirmitatis & perversitatis humanae, ne scilicet majoris mali præbeatur occasio malum tolerari debeat ut inde bonum eveniat? quò prætextu scortationes olim permixta, & hodiè adhuc, si non expressè saltem tacitè, v. l. 27. ff. de hered. pet. & 29. C. ad L. Jul. de adul.* Jus Civile tamen correxit Imperator Leo prohibens concubinarum *vid. Nov. 93.* idèò autem videntur tolerari ut majora crimina utpote incestus, adulteria, Sodomia vitentur: *vide Wesenbec. tit. de Concub. & Covarruv. tit. de Spons. p. 1. c. 4. n. 16.* malum tamen & gravissimum importat scortatio:

tatio:

tatio: puta internecionem foetus, abortus procreationem, promiscuum adulterium & incestum nec non naturæ à DEO creatæ destructionem. Huc & ebrietatem apud multos delaudatam refer, quæ veluti reliquorum scelerum foecunda mater. *vid. tamen Brunnem. in Process. Inquis. l. V. n. 8.*

THESIS XXIII.

*I cultus
ernus.* Illa verò vitæ honestas circa DEI honorem cultumque *Ipsi debitum* præprimis elucescit. Constat autem hic cultus propositionibus tam theoret. quam pract. *vide Puffend. de offic. H. & Civ. c. 4. §. I. & seqq.* DEI cultus est vel *internus* vel *externus*. *Internum* DEI cultum vocamus, cum Entis supremi & perfectissimi ejusque attributorum seu virtutum cognitio amor & veneratio, menti nostræ semper vividè & intimè sistitur foveturque; vel etiam cum ejus velle plenè acquiescimus, tanquam qui pro sua bonitate omnia optimè faciat, eumque amemus tanquam omnis boni auctorem & datorem, vel in eum speremus tanquam abs quò in futurum quoque nostra felicitas. *vid. Thomas: Jurisprud. Div. c. 5.* Et grande nefas sit ab ejus mandatis vel minimè recedere. *conf. omninò Excellentiss. & Celeberr. Dn. D. Zentgrau. de Orig. Verit. & Immut. J. Nat. art. III. §. 20.* Inde etiam vel consciæ reâi mentis tranquillitas, cum supremum Numen placatum experitur: vel sudantium tacita culpa præcordia & horror, cum illud sibi iratum & inexorabile sentiunt. Num verò hic cultus DEI rationalis sufficiens fuerit, ut inde Gentiles peccatorum remissionem consequi potuerint, de hoc disserit *Rachel. de J. N. §. 134.* & varia varij hic sentiunt Auctores. Id palam est *Gent. Apost. ad Rom. I.* eos ideo inexcusabiles dicere, dum ad J. N. præcepta vitam non composuerint,

rint, quin è contra ab illis devii facti sint, propriæque magis quam DEI gloriæ consuluerint. Illa enim ἀναπολογία licet perfectam sufficientemque DEI cognitionem non arguat, tamen talem arguit quæ instar alicujus manuccionis erat ad uberiolem & salvificam DEI cognitionem in lumine revelato demum patefactam.

THESIS XXIV.

Nulla tamen Gentilium Respublica tam corrupta existit, quin & sacrorum quandam gesserit curam, legesve circa illa tulerit, sacerdotiumque aliquod constituerit. Unde certa Deos orandi apud eos formula, quâ ut Civibus placatum Numen conciliarent, intenderunt. Qui tamen DEI cultus naturalis ex Gentium abusu, uti *Illustr. hujus Univers. Antecess. Dn. D. Schilter. in Institut. Jur. Can. l. 1. c. 1. §. 3.* refert, superstitiosus redditus, nec homini peccatori præmonstrabat viam, quâ turò ad Numen reconcilians recurrere, peccatorumque omnium veniam consequi posset. Quod ex S. oraculorum revelatione ipsi tandem claruit, ad cujus amussim exacta Religio Christiana qua DEUM, genus humanum per Christum sibi reconciliantem invenit. De cœtero, quoniam & ex naturalis rationis dictamine Ethnici jam leges sibi condiderunt circa cultum DEI externum, circa personas & res sacras, hætenus non est absurdum dicere, quod ex principiis, etiam innatis aliqua ratione fluat *Jurisprudencia Ecclesiast.* per quam intellig. disciplina, quæ actiones & causas civium in Ecclesia Christi degentium secundum leges sacras atque Canones. dirigit, dijudicatque, quò totius Reipublicæ ac Ecclesiæ salus obtineri queat, prouti explicat *Magnif. Dn. D. Schilt. cit. l. §. 9.* Cum enim eadem natura omnes ad ejusdem DEI amorem cultum atque obsequium obstrinxerit :

Externus
DEI cultus.

D hoc

hoc fluit ex principiis innatis aliquo modo, ut DEI cultus publicus sit, ad quem, certo opus est tempore ac loco, ubi animo atque ore uno celebretur, communisque salus ita promoveatur.

THESIS XXV.

Exigit præterea & vitæ honestas ut de *anima curâ* cultuque simus solliciti : ideò mentis intellectus arte quavis & disciplina perfici & excitari debet, idque optimorum librorum lectione fidelique Præceptorum informatione, nec non longo meditandi usu & studio : quo facili negotio propositas nobis veritates assequi valeamus : Ideò,

Dum faciles animi Juvenum dum mobilis ætas

in id elaborandum, ut à simplicioribus & intellectu facilioribus animus initiatur, ne infantie præjudiciis erroribusque obnubiletur : sed antequam voluntas ejus feratur circa alicujus actus determinationem, rem exactè secum pensitet, num scil. certum, licitum & possibilem elegerit finem : tum actiones suas, tum alia media ad eum rectè attemperaverit, ad illius actus editionem rectè procedet. *vid. Magnif. Dn. D. Schilt. Manud. Mor. c. 1. §. 16. in fin.*

THESIS XXVI.

Siquidem verò anima hujus corporis futuris sustineatur, & si hoc malè dispositum facile & illa languescat, ideò, in id enitendum, ut quantum poterit, mentem sanam in corpore sano retineat. Cui inserviet laboris onus perferre.

*Nec tibi desidia molles & marcida luxu
Otia,*

Quan-

Quandoquidem verò mens illa mirum in modum à DEO
 Omnipotente corpori sit unita ac velut conglutinata ;
 non potest non variis cogitandi modis seu affectibus di-
 versis duci, idque pro variorum objectorum diversitate,
 cum ope cogitationum in se excitatarum stupendo mo-
 do motus corporis innumeros, pro ut velle eius illos
 vel variè excitare, vel etiam cohibere vult producat. Huc
 faciei variam mutationem referas : ac vicissim motus
 corporei per objecta externa & in sensus incurrentia ex-
 citati, ad varios quoque cogitandi modos, in mente
 producendos apti sunt. Homo autem his cogita-
 tionibus & affectibus, unde necessariò omnes gradus &
 amoris & lætitiæ & gaudii, odii quoque, tristitiæ, & iræ
 pro lubitu ut moderari possit, illisque obviam eat, ne illo-
 rum abusu vigor animi profligetur, intellectusque judi-
 cium illis obnubiletur, imprimis ne ab his dometur,
 quin potius illis tanquam servis ad varias vitæ functio-
 nes obeundas liberè utatur : Modicus tamen affectuum
 usus corpus animumque reficit exhilaratque, nec huma-
 num esset à nullis planè affici. Imò voluit DEUS, o-
 mnium rerum largitor, ut illis ad ejus laudem & amo-
 rem frui possent homo : Et moderatus affectuum usus
 naturale veluti principium probitatis & prudentiæ est.
vid. Puffend. de offic. H. & Civ. l. 1. c. 5, §. 2. & 3.

THESIS XXVII.

Supremus itaque optimusque rerum Opifex Crea-
 turam ad sui similitudinem efformando, tot splendidis
 qualitatibus perfectionibusque adornavit, quo majori,
 circa Creatoris sui laudes venerationemque impellere-
 tur, desiderio. Nec non *Φιλαυτίαν* tantum, sano sensu
 acceptam, sed & proximi cujusvis, similiter ad Creatoris
 imaginem effici amorem firmiter profundeque implan-

2. l. Nat.
 praecept.
 nemin. la-
 dere.

tavit, ut nemo tam crudelis & inhumanus reperiatur, qui non pro nefario ducat, *hominis vite insidiari*: & omnibus hoc J. Nat. præscriptum, *quod tibi fieri non vis alteri ne feceris* insculptum hæreat. Aliàs frustra cognitionem inter nos natura constituisset. Imo quorsum ex uno sanguine genus humanum fecisset DEUS: Unde porrò fit, ut, qui alterius vitæ insidietur, in omnes offendere censetur? Intendit enim ut Rempublicam civē, familiam capite vel membro privet, & sic omnis justitiæ Divinæ humanæque contemptorem se præbet. Lex ergò naturæ caute his prospexit, præcipiendo, ne ulli citrà causam nocumento simus, i. e. ne quenquam lædamus, damnumve ullum ejus tum personæ tum rebus afferamus. Imò jubet & ipsa, ut qui vitæ meæ rebusve meis insidiatur, eum summa vi repellam, præprimis, ubi in vitæ discrimine manifestè versor, nec tutior via præstò sit, quo nos nostrumque ab ejus manibus eripere queamus: maximè si noctu nos invadat, armisque cum nocivis deprehendatur, ut tamen id ipsum cum clamore testificetur. Quare & furem nocturnum teloque munitum impunè occidere, licitum est; dicitur enim naturalis ratio ut adversus periculum me defendere possim. *vid. l. 4. ff. ad L. Aq.* Sin autem eum posset adprehendere magis est, ut injuria fecisse videatur. *l. 5. eod. & l. 57. §. 2. ff. de furt.* Ideò lex DEI furem in effossione antè ortum solis deprehensum, impunè percuti sinit. *Exod. c. XXIII. v. 2.*

THESIS XXVIII.

Moderamē inculp. tut. Ex quibus elucescit moderamen inculpatæ tutelæ, quò privato fas est se tueri adversus aggressorem; imprimis, si superior non sit, ipso J. Nat. dictamine jubeti imò & sui homicidam esse censendum qui cum propriam

in

in tuto posset collocare vitam, eam spernit negligitque. Conf omninò *Dissertat. de Præceptis Juris, sub Præsidio Excellentiss. & Consultiss. Dn. D. Marbach. Præcept. per vitæ ævum colend. habita, Positione XI. ibi contra vim.* Equidem *casuista* quidam hic censent, hoc in casu satiùs esse, si aggressus aggressoris vitæ parcat, (qui tali scelere manifesto æternæ salutis periculum incurrit,) patiaturque potiùs ut ultimæ manus ipsi ab altero inferantur, (supposita tamen sui aliquali defensione) quam si aggressori suo cum vita temporali vitæ quoque æternæ jaçturam afferat: quorum tamen rationes ponderare supercedemus: hoc saltem attento, quæ à DEO omnium conditore data sunt, summa ratione data censerì, ut ejus sit donum cui donatio fit: cum igitur vita homini data sit, idcirco data credi debet, ut ejus usui sit, nec jus alteri sit usum ejus præripere. Quomodo enim usui esse potest, quod hac lege datur, ut à quovis auferri possit? Irritum planè jus possidendi, & vanum domini nomen est; si vitam ac res nostras, etiam cum damno alterius, defendere non licet. Tria autem ut moderamen inculpatæ tutelæ obtineat requiruntur. I. Justa ut præcedat causâ seu requiritur ut injusta præcesserit offensio seu invasio. *l. 3. & 4. C. ad L. Corn. de sicar. præsensque vitæ periculum adfuerit. l. 5. ff. ad L. Aquil.* non tamen quasi primum icum exspectare debeat. *vid. Const. Crimin. Car. V. art. 140.* II. Justum ut observet modum, ut scil. defensio offensioni sit proportionata. *vid. l. 45. ff. ad L. Aquil.* III. Legitimum observet tempus, i. e. ut in continenti fiat defensio. *l. 3. §. 9. l. 17. ff. de vi & vi arm. vid; Dn. Hoppium Comment. ad Inst. tit. L. Aq. §. 2.* Quæ enim quis ob tutelam corporis sui fecit, jure fecisse videtur. *l. 6. de just. & jur. vid. Struv. Exercit. 49.*

sh. 51. & Wincler. de princip. Jur. cap. 4. Puffendorf. de Offic. hom. & Civ. l. 3. c. 5. §. 12. 13. & 14. & Georg. Obrecht. de Defens. Necess. Quid verò de Duello sentiendum videlicet Disputat. de Monomachia, sub Prasidio Illustris Dn. D. Schragg Argentorati habita.

THESIS XXIX.

Fama defenf.

Læditur etiam quis in suâ personâ, cum aliquid in ipsius dignitatem, honorem vel famam intendatur, ad quam tuendam vir prudens sollicitus esse debet, ne in se ipsum crudelis esse videatur, c. 12. *quæst. c. nolo* 10. Et cum fama seu *εὐφροσύνη* testimonium virtutis sit, contemptu famæ virtutes ipsas contemni necesse est. Cavendum est, ne quis quoque in Superiorem verba proferat injuriosa. Quæ causa fuit quare *Rex Goth. Theodoricus* statuerit, ut teneatur ad culpam quisquis transeunti Reverend. Senatori injuriam inflixerit, si irrisit eum malè optavit cum benè loqui debuit. vide tamen *l. unic. C. si quis Imperat. maledix. confer. omninò Dissert. de Defens. Necess. sub Prasidio Dn. D. Rebhan. §. 5. & annot. vide Cassiod. l. 1. Var. Epist. 77. & 31.* Supremus verò impietatis apex, si quis in DEUM verba atrocía proferat, factumve aliquod contumeliosum in ejus Perfectionem & Majestatem perpetretur: Aut cum ipsi eæ denegantur perfectiones, quæ ejus gloriam summè illustrant; quibus verbis blasphemis ut obviam eatur piè edito Christianissimi Regis cautum, ut qui in DEUM T. O. M. ejusmodi verba blasphema evomeret, ipsi candenti ferro lingua præscindatur.

THESIS XXX.

Ladimur p. person. pos. affect. nostr. subj.

Injuriâ quoque afficitur quis in persona quæ ejus vel potestati, vel affectioni est subjecta; utpote si concivium damnumve aliquod filiis nostris inferatur. *l. 1. §. 3.*

§. 3. ff. de injur. modò sciverit esse filiumfam. l. 18. §. penult. ff. eod. Servis quoque, si in eos quidquam indignum patretur, quod ad suggillationem domini sit factum. l. 1. §. 3. eodem & 15. §. 35. ibid. Idem juris si in uxorem aliquid probri vel inhonesti tentetur. Nulla autem atrocior injuria marito inferri potest, quam si eam carnaliter cognoverit: C. quia in omnibus 16. caus. 32. **Adulterium.** *quast.* 7. Sanctum enim & immaculatum matrimonij vinculum esse debet: adulterio autem violatur conjugalis fides solemniter data, & conjux eo privatur jure, quod in conjugis corpus ipsi tantum competit. Imò & ilias malorum solet hoc peccatum comitari, puta perfidia, perjurium, furtum & scortatio, imò & falsi crimen quatenus alienos marito subdit liberos. *vid. Job. XXXI. v. 9. — 12. & Proverb. VI. v. 23. 35.* Adulterium est vel simplex vel qualificatum: qualificatum cum uxoratus cum maritata, & maritata cum uxorato corpus miscet: simplex cum solutus cum uxore aut maritus cum soluta concumbit. Ut tamen quis adulterij criminis reus merito habeatur, voluntas dolosa ut præcesserit requiritur. l. 12. ad L. Jul. de adult. c. 6. c. 32. *quast.* 5. pubertas tamen, ut præcedat requiritur. l. 36. eodem. Sponsus quoque & sponsa, etiam de futuro, adulterium committunt: cum & matrimonij spem fallere non licet. l. 3. §. 3. ff. eod. l. 4. ff. de fund. dot. l. 7. C. ad L. Jul. de adult. *vid. Dent. XXII. v. 23. vid. Comp. Jur. Schütz. Lauterb. ad tit. L. Jul. de adult. & Struv. Exerc. 49. tit. 5. th. 26. 27. & 28.* Adulterij pleni, ex parte foeminæ, poena est capitalis ex *Levit. XX. v. 10. Dent. XXII. 23. l. 30. §. 1. C. ad L. Jul. de adult.* hodiè variat pro locorum diversitate & prout vel simplex vel qualificatum. *vid. Nov. 134. c. 10.* par ratio adulterij cum puella desponsata. *vid. 23. eodem.* quæ tamen poena

pœna non est J. Divin. Moral. sed positivi. conf. *omni-
nò Excellentiss. & Consultiss. Dn. D. Felz.* Præcept. sem-
piterne devenerand. in annot. *ad Compend. J. Schütz. ad
L. Jul. de adulter. vid. Illustris Dn. D. Assess. Schrag. Dispu-
tat. de Pœnâ Adulter.* Per defunctum quoque læditur
hæres; spectat enim ad exilimationem nostram, si quæ
ei fiat injuria, aut fama ejus ullo modo laceffatur, l. 1.
§. 4. ff. *eodem.* ut si in ultimo vitæ constitutus articulo,
nec ipse injuriam vindicare possit, hæredes illius famæ
succurrere debent. *vid. Puffend. de J. N. & G. l. 3. c. 1. §.
3. 4. 5. & 6.*

THESIS XXXI.

*Hujus pra-
cepti ex-
tensio.*

Naturalis hujuscæ Juris præceptum in societates at-
que hominum commercia se diffundit, in quibus homi-
nes sibi pactis contractibusque vicissim adstringuntur,
quales emptio, venditio, locatio, conductio, depositum,
commodatum, mutuum, societas, ubi unusquisque, ad
id, quod bonum & æquum, tenetur: nisi J. Civ. hoc li-
mitetur, ut in contract. empt. vendit. cum in hoc ob
modicum tantum excessum vel defectum contractus re-
scindi non possit. l. 2. C. *de R. vend.* ne Respublica liti-
um multitudine nimis prægravetur. l. 2. & *fin. p. ff.
pro suo.* Sic & naturaliter, seu Jure Gentium & moribus
ex commerciorum, rerum & hominum naturâ & con-
ditione, contrahentibus se circumvenire licet. *vid. Puf-
fendorf. de J. N. & G. l. 5. cap. 3. §. 10.* & omninò *Dis-
sertat. Illustr. Obrechtii de Circumventione in contractibus
licita.* Non tamen quod ideò circumventio dolosa ap-
probetur, cum regulariter ab omni contractu, omnis do-
lus, fraus, collusio abesse debeat, & unusquisque ad id
quod æquum & bonum est teneatur: nihil enim ma-
gis consensum cohibet quam dolus.

TH. XXXII.

THESIS XXXII.

De cœtero præceptum hoc de non lædendo, quò & pertinet fidem datam non violare in Jure Feudali maximum quoque sortitur usum: Vasallus enim ad fidelitatem & servitia ex contractu feudali Domino suo tenetur. Cui contrarium est à fidelitate & servitiis se abstrahere, amicitiamque cum Domini inimicis fovere; & Dominum in acie periclitantem suo subsidio non ad juvare, aut eum turpiter deserere, *vid. 1. F. 5. pr. & 1. F. 25. §. ult.* aut quoquo modo verbis atrocioribus famam aut existimationem Domini suggillare. *II. F. 24. §. 2. vid. Goldast. tom. 3. Imp. Const. Imper. pag. 304.* Vicissim Dominus tenetur vasallo suo opem contra vim inferentes ferre: nec antè cognitam causam feudis eum private poterit quod antiquissimo feudorum jure licitum, *vid. 1. F. 1.* ubi etiam vasallis non delinquentibus feudum adimi poterat *vide Rosenthal de feudis cap. 2. concl. II. v. 1. F. 21.*

THESIS XXXIII.

Tertium nunc J. Nat. dictatum scil. de unicuique quod suum est reddendo, ordimur: parum quippe proficiet sanctè intemerateque justitiæ leges circa proximi personam servare, & facultates bonave ejus quibus vitam sustentat non lædendo nisi & quod ipsius est, ipsi tribuamus. Duplici autem sensu accipitur hujus J. N. præceptum; primo quatenus respicit justitiam universalem, uti & I. præceptum sub se complectitur. *vid. thes. 22. h.* & sic non modo ad proximi personam bonave refertur: sed & cumprimis ad DEUM cui honorem & obsequium debitum præstare tenemur: *vide omninò Excellentiss. Dn. D. Zentgrav. de Origin. Verit. & Immutat. J. Nat. art. VI. §. 15.* Imò & ad nosmet ipsos extenditur & sic Justitiæ

III. tur. N.
præcepti.

tiz Universalis nomine venit quæ scil. id attendit quod semper ubique & omni loco justum est. Secundo respicit particularem quæ Civilis hominum actiones dirigit, prout Reipublicæ utilitas vel salus id exigere videtur. *l. 1. & 6. ff. de just. & jur. vid. Hoppij Comment. ad Instit. l. 1. tit. 1. pr.* Atque ita specialiter hoc tertium J. Nat. justum ad proximi personam bonave ejus restringimus: cum omne illud suum quod alteri tribuendum de eo, quod ipsi debeo vel ex jure personarum, vel ex jure rerum, & hoc vel in re, vel ad rem, accipi debeat.

THESIS XXXIV.

Rerum
proprietas.

DEUS rerum cunctarum summus Rector & Arbitet supremus, postquam mundum huncce spectabilem efformasset: voluit ipsi, hominem ad sui imaginem conditum præficere: summæque suæ potestatis umbram creaturæ rationali largiri; nec eum tantum in finem ut terrarum orbem suâ progenie aufereret & impleret, sed & eum ut sibi subiceret. Dominium porrò istud altera vice DEUS contulit humano Generi per Noachum restaurando. *Genes. IX.* Nec minus certum Noachi posteros divisisse terras & Insulas; adeoque rerum dominia constituisse, jureque à parente ad se transmissio usos fuisse. Meritò hinc communio illa primæva, seu mei & tui promiscuus ille usus consensioque Grotio, Hobbesio aliisque delaudata, utpote statui illi primævo minus conveniens, (quicquid etiam Poëtæ ac historici primævi status planè ignari effutiant) non vulgaris scientiæ Doctoribus rejecta solidisque refutata rationibus. *videsit Joh. Strauch. in Dissert. de imperio maris c. 1. Bæcler. in doctiss. suo ad H. Gr. de J. B. & P. Commentario l. 2. c. 2. §. 1. 2. & 3. Gassend. in Philos. Mor. p. 14. §. & Puffend. l. 1. §. 17. & l. 2. §. 6.* Unam saltem vel alteram ex illorum

rum scriptis rationem attulisse convenit : 1. Quia prop-
 toplasti à primæva justitia deflexi , vitamque socialem
 degentes non potuerunt esse exleges : itaque nec sine
 dominij distinctione. 2. quia si omnium promiscuus es-
 set usus, nulla certa Reipublicæ forma in suo esse per-
 maneret; vel quod eodem recidit, civitas non esset ci-
 vilis societas & nil minus quam socios admitteret, cum
 ipsa imperandi parendique ordine constet. Tandem si
 nihil proprii nec furto locus fuisset : cum alienum nihil
 sit ubi omnia sunt communia : à quo & ipse Grotius
 non multum abluere videtur, verba ejus sunt : nam quod
 quisque sic arripuerat , id ei eripere alter nisi per inju-
 riam non poterat. vid. cum *de J. B. & P. l. 2. c. 2. §. 2.*
 & 3. cui illud *Trag. Grec.* quadrat,

*Communis aether hominibus tellus quoque,
 In quâ ampliare sic fas est domum
 Ut ab alienis rebus ac vi temperet.*

vid. etiam *Laëtant. l. 5. div. Instit. c. 5.* Proprietate ergò
 demum quærelæ & suspiciones evanescent, ac simul cir-
 cæ propria cura, & liberalitatis exercendæ occasio auge-
 scit. Imò & habitationis terminos constituit ipse DEUS.
 vid. *Actor. XVII. vers. 26.* cui primorum Christianorum
 communio nihil obstat cum ea non sic intelligenda
 quasi nil sibi proprii arrogaverint, sed quod ab ejus usu
 indigentes, præprimis illis indigentia & calamitatis tem-
 poribus arcere noluerint.

THESIS XXXV.

Rerum proprietate th. præced. asserta & vindicata : *Dominij*
 porro quid proprietatis dominiive nomine veniat, *descriptio.*
 quirendum, imprimis pro ut Jurisconsultis audire solet :
 scil. ut sit jus quod nobis in re nostra justoque titulo
 quæ-

quæ sita competat, ad illius rei usum vel proprietatem, vel utrumque simul nobis asserendam: illamque à quocunque rei possessore, vel etiam in vase vindicandam, & summâ vi ab illâ arcessendum si me in illa turbare velit; ut tutò illa uti frui, deque illâ disponere valeamus; nisi quis lege aut conditione prohibeatur. *vid. pr. J. quib. alien. lic. vel non.* Vel ut alij, dominium est jus illud quò alicujus rei velut substantia sic ad aliquem pertinet ut eodem modo Insolidum ad alterum non pertineat: sæpe enim vel ob imperium civile, vel ex legis dispositione aut hominum conventionem, dominium illud limitibus certis circumscriptum est: inter est enim Reipublice quis re suâ malè utatur.

THESIS XXXVI.

*Belli
Origo.*

Quandoquidem verò sui conservationem commendet & ipsa ratio, eoque societatem humanam tendere ut suum cuique saluum sit, evincat: sive id per discipationem, sive conclamationis aliis omnibus, & non data iudicis copia per vim fiat. Superiores igitur vires in alios armari poterunt, quò nos nostraque ab illorum invasionibus tueamur, & sic vim vi repellere licitum erit. Imò si præsens Reipublicæ periculum sit, & vires alienas in auxilium vocare licebit, & fœdera quam citissimè cum exteris pangere, ut validior hostis imperus sistatur: eumque prosequi possimus donec certiores redditi eum à malo proposito destitutum, nobisque de his cautum fuerit.

THESIS XXXVII.

*Penes quæ
jura belli.*

Coeterum, jus bellum movendi penes eum est cui jus dominiumque eminens competit, seu qui jura Majestatis habet: quippè eum ei & in eum omnis potestas trans-

translata : cuive tanta à Republica potestas concessa ;
 quanta illi ad ejus conservationem & protectionem est
 opus. Quamquam autem non diffitendum à peccato o-
 riginem traxisse bellum ; non id propter in susceptione
 ipsa minus justum censendum : Ut si justæ oboriantur
 cause cur moveri possit : veluti ob injuriam eamque
 gravissimam , quæ sine bello vindicari vel reparari ne-
 quit. Aliàs consultum erit, priusquam ad arma concla-
 metur, vias pacis salubriores conquirere, imprimis ubi
 adhuc de jure vel facto sub judice lis est : virosque ex-
 perientiâ & ingenio claros denominare, qui de jure vel
 facto cognoscant : aut si tanti momenti negotium ver-
 setur Ambassadors vel Delegates aut Principes Arbi-
 tros : tandem si adhuc dubii quid hæreat, sorte res diri-
 mi poterit, ut omnis litis causa præscindatur. *vide Puf-
 fendorf. de Offic. hom. & Civ. c. 16. §. 3. & de J. N. & G.
 l. 8. c. 6.*

THESIS XXXVIII.

Ut porro justitiæ commutativæ partes sanctè & im-
 violabiliter custodiamus quid cuilibet ex legibus pacto-
 rum, contractuum item, quidque ipsi in relatione ad ul-
 timam voluntatem jure comperat, hoc & sequentibus
 paragraphis explorandum. Elucet autem pactorum ne-
 cessitas vel ex eo quod si ex statu corrupto semel bellum
 inter homines ortum sit, non nisi per promissiones iterum
 componi possit. De cætero nihil ità fidei congruit hu-
 manæ; quam ea quæ inter nos placuerunt servare : imò
 fundamentum justitiæ fides est, scil. dictorum conventio-
 numque constantia & veritas. *Cic. de Offic. nec humani-
 tatis officia patiuntur*, ut omnia quibus aliis prodesse
 possumus, citrà exploratam spem paria recipiendi statim
 in alium profundamus, vid. *Puffendorf. de Offic. hom. &*

*Pactorum
 utilitas.*

Civ. c. 9. §. 2. & 3. Igitur ut mutua hominum officia promiscua forent, antè omnia quid alteri quis præstare quidque ab eodem vicissim postulare jureque exigere possit, determinandum fuit. Nec hic *Convento* ad stipulamur qui asserit ea pacta, quæ non habent *συνάλλαγμα*, nullam jure Gent. inducere obligationem : cujus rationes apud *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 2. §. 1.* videre est : quid enim tam naturale est quam voluntatem semel alteri declaratam & ab altero acceptam ratam haberi ; cautiones tamen circa promissorum asseritionem adhibendæ. *vid. Grot. cit. loc. §. 2. 3. & 4.*

THESIS XXXIX.

Quid pactum & quo simplex : Pactum definiunt JCTi quod sit conventio, quâ duo vel plures de aliquo præstando, i. e. dando vel faciendò consentiunt : vel cum ex diversis motibus in idem placitum eandemve sententiam decurrunt. Alij quod sit conventio carens & nomine & causa, nec certam & specialem formam à jure habens, nec dationem vel factum ab alterutra parte, *vid. Susholt. Dissert. 13. ad Instit. §. 44. & Huber. in prælect. Inst. de oblig. Variant autem pactorum genera : aut enim publica sunt aut privata : illa inter summam potestatem per pacem vel foedera iniri solent : vel quoties Duces belli quædam paciscuntur, quæ non nisi Imperij majoris vel minoris jure fieri possunt. *vid. Grot. l. 2. c. 15. §. 1. de J. B. & P. & l. conventionum s. §. v. ff. de pact.* Hæc vel legitima sunt vel non, veluti stipulatio, donatio. *vid. l. 35. §. 4. de donat. item dotis promissio. vid. l. 6. C. de dot. promiss.* & interdum ex pacto nascitur vel tollitur actio. *l. 6. ff. de pact.* Nuda pacta sunt, quæ vi efficaciter obligandi non sunt munita. *l. 7. §. 4. s. & 27. §. 2. eod.* vel in simplicibus conventionum finibus subsistunt. *l. 27. C. loc. l. 15. C. fam. ercisi.**

ercisc. nec actionem jure Civili producunt. *l. 7. de pact.*
l. 15. de L. V. benè tamen de moribus & de Jure Cano-
 nico, *per. c. 3. X. de pact. & c. 34. X. de sentent. excom-*
mun. Non nuda, quæ vim & potestatem habent ef-
 ficaciter obligandi, actionemque civilem producunt.
l. 10. C. de pact. & l. 15. de P. V. illamque vim, vel ex spe-
 ciali legis assistentia, vel ex contractus cohærentia, sorti-
 untur. Tacita quæ fieri censentur à lege ex facto vel alia
 causa præsumpto vel ficto; sic in urbanis habitationi-
 bus locandis invec̄ta illata pignori cedunt locatori. *l. 4.*
& 6. ff. de pact. Alia personalia quæ personis tantum hæ-
 rent, nec ad hæredes transeunt. *l. 7. §. l. 17. §. 3. de pact.*
 Realia quæ ad paciscentium personas non restringuntur,
 sed ad illorum hæredes transeunt. *l. 40. pr. eod.* nec non
 ad successores particulares, v. gr. emptorem, donatarium.
 Alia iterum obligatoria, alia liberatoria, priora obliga-
 tionem inducunt: posteriora verò tollunt. *l. 6. eod.*
 qualis novatio acceptilatiō. *tit. Instit. quib. m. toll. oblig.*
 Datur & mixtum, *vid. l. 5. 7. §. 1. eod.* ubi duplex pa-
 ctum, scil. reale, ne ego petam: alterum personale ne à
 te petatur: videtur tamen duorum pactorum concursus
 esse. *vid. Bachov. de pact. V. l. D. 16. thes. 4. lit. b. &*
Strauch. Dissertat. 12. thes. 15, qui hoc pactum rejicit.
 Tandem unilaterale utpote promissum !gratuitum:
 vel bilaterale cum duo vel plures ad aliquid se obstrin-
 gunt.

THESIS XL.

Sunt autem pacta de rebus quæ in nostra potestate
 sunt, vel saltem futura: & tum pacti efficacia tandiu in-
 pendentem erit, donec res pervenerit in nostram potesta-
 tem, & instar pacti conditionalis se habet. *vid. Puffend.*
l. 3. de j. N. & G. c. 8. §. 4. ubi & de quibus pacisci liceat;
 scil,

*Pactum ob-
 jectum & ef-
 ficacium.*

Et non de iis quæ impossibilitatem vel moralem vel civilem inducunt : cum impossibilium nulla sit obligatio. *l. 185. ff. de R. J. l. 31. & 132. eod. & cap. 6. de reg. jur. in 6.* sic de rebus sacris, religiosis, publicis, ut quæ extra commercium sint, pacisci prohibemur. Ad pactorum efficaciam requiritur & alterius acceptatio : aliàs nullam neque naturalem, neque civilem parit obligationem, cum antè illam consensus perfectus non sit. *vid. H. Gr. d. Jur. B. & P. l. 2. c. 11. §. 14. & 12. Puffend. de J. Nat. & G. l. 3. c. 9. §. 5.* Pacta regulariter nullam J. Civ. obligandi vim habent, nec actionem producant : ideò ne oris libertas nimis constringeretur : sed tamen exceptionem producant : ita pecunia debita soluta repeti non potest. *l. 10. ff. de Obligat. & act. l. 9. §. 15. & 10. ff. ad SCs. Maced. l. 7. §. 4. ff. de pact.* Hodie conditio ex moribus datur, eandemque cum stipulatione efficaciam sortitur. *vid. Illustr. Stryk. de caus. contr. c. 4. §. 5.* Nunc ad contractuum materiam.

THESIS XLI.

Contractus definitio.

Est autem contractus pactum sive conventio certum nomen vel causam habens, sui que natura & obligationem & actionem producens, *l. 7. §. 1. & 2. de pact.* differt à nudo pacto, quatenus & naturalem & civilem producit obligationem : supponunt autem contractus rerum dominia & pretia. *Puffendorf. c. 15. de offic. hom. & Civ.* gaudentque & nomine & causa, secùs ac pacta ; à pacto legitimo etiam eatenus differt, quatenus hoc actionem quidem, non tamen sui natura producit, sed ex legis assistentia. *l. 6. ff. de pact.* perinde autem, ut pacta originem suam Juri Naturali debent ; cum ex unius indigentia alterius verò copia contractus nati sint. *vid. Grot. in proleg. de J. B. & P. n. 16.*

TH. XLII.

THESIS XLII.

Contractuum divisio varia recensetur, alij sunt unilaterales, seu μονόπλευροι, qui scil. ex una tantum parte & obligationem & actionem producunt, veluti mutuum, stipulatio, literarum obligatio, hæreditatis aditio, & indebiti solutio. Alij bilaterales seu δίπλευροι, qui utraque ex parte & obligationem & actionem pariunt: ut est emptio, venditio, locatio, conductio, emphyteusis & societas, ex quibus actio utrinque directa: aliquando & directa & contraria, ut in commodato, deposito, pignore, mandato, Negot. gest. Quidam nominati, quibus lex 12. tabularum certum nomen ac formam præscripsit, nominatamque actionem dedit. l. 7. §. 1. ff. de pact. qui iterum in reales. vid. l. 111. Instit. tit. 15. & ff. l. 12. l. & 13. 6. 7. & 16. & l. 23. 24. 34. & l. 4. C. 1. & tit. 16. & ff. 45. 1. & l. 8. C. tit. 38. Verbales tit. de V. Oblig. v. C. 8. tit. 38. Literales vid. tit. Instit. de lit. oblig. & C. lib. 4. t. 30. vid. Dissertat. Inaugur. de Literarum Obligat. Auct. Excell. Dn. D. van der Velden, Præcept. perpet. cult. vener. Et consensuales ut est emptio venditio, locatio conductio, societas, & mandatum. vid. ff. 18. & 19. C. 1. tit. 4. ff. 19. 2. C. 4. 65. & l. 11. 20. ff. 17. 2. C. 4. 37. ff. 17. 1. C. 4. 37. Innominati contractus, qui certo nomine & forma catent, nec certam & nominatam producunt actionem, licet præcedentem causam, seu συνάλλαγμα habeant. vid. l. 1. & 2. de P. V. Igitur omnes hi contractus sint reales, requiritur: cum dationem vel aliquod factum requirant: num verò contractuum distinctio in nominatos & innominatos J. Gent. procedat. vid. Gros. de J. B. l. 2. §. 33. qui eos omnes diremptorios esse asserit. De innominatis notari meretur, quod omnes eatenus sint unilaterales, quatenus ille qui dedit aliquid

Contract.
var. divis.

vel fecit alterum habet obligatum, ipse tamen eidem haud obligatus est, sed rem datam repetere & poenitere potest. In hoc enim nominati ab innominatis differunt, quod in his J. Civ. poenitentiae sit locus, non in nominatis, quandoquidem in his quod ab initio fuit voluntatis ex postfacto sit necessitatis. *v. l. 5. C. de Oblig. & Act. vid. tamen §. 4. Instit. de Societ. item l. 4. & 65. ff. pro Soc. & l. 1. §. 46. ff. de pos.* Jure hodierno in innominatis poenitentiae locus non est. *vid. Gudel. de Jur. noviss. l. 3. c. 5. & Branneman. ad l. 1. ff. de rer. permut. n. 6.* quod & in cambio obtinet. *adi Raph. de Turr. de Camb. Dissut. 1. quaest. 10. n. 12.* Contractus nominati distinguuntur in regulares & irregulares, illi sunt do ut des, do ut facias, *l. pr. §. 3. & 5. ff. de P. V.* hi vero proxime ad nominatos accedunt, certumque nomen à jure habent ut est permutatio contractus aëstimatorius & cambium. Dividuntur porro contractus in d. f. in quibus non strictè verbis adhaeremus, sed aequè & benigna interpretatione officium judicis hic supplet, de his *vid. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 16. 13. n. 2.* Et stricti juris cum iudex strictè verbis conventionum naturæ est adstrictus, ut mutuum, stipulatio, liter. obligatio, indebiti solutio: sic omnia quoque pacta legitima sunt stricti juris. *l. 5. de pact. l. 7. de eo quod cert. loc.*

THESIS XLIII.

Contract. opposita. Contractibus contraria sunt dolus, metus, vis, error: nihil enim tam consensui contrarium est, qui & b. f. iudicia sustinet, quam vis atque metus, quem comprobare contra bonos mores est. *l. nihil 16. & 116. ff. de R. J.* Et omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumveniendum fallendum, decipiendum alterum adhibita dolus malus est. *l. 1. §. 2. ff. de dol. mal.* ità ut nequi-

quidem pactum contrarium obstat, quominus dolus præstari & damnum resarciri debeat, *vid. l. 23. de R. J. & l. 27. §. 4. ff. de pact.* Secus tamen si dolus jam præteritus de quo pacisci licebit: *cit. l. §. 3. & 4. & quod met. c. gestum erit ratum non habeto. l. 1. ff. quod met. c. & interest ne alicui malitia sua sit lucrosa, vel alij simpliciter damnosa, vid. l. 7. ff. de R. J.* Imò & error imperitiam consensui contrariam detegit. *l. 116. ff. de R. J.* hæc tamen lege rescindi poterit, si nempe pactum huic errori vel dolo superstruatur: cum id, quod ab initio vitiosum, ex postfacto convallescere nequeat, *vid. Gros. de J. B. & P. l. 2. c. 11, §. 16. & c. 13. §. 41.* Metus autem talis esse debet, qui in constantem virum cadere possit: qui plura cupit, adeat *Commentat. qui ad tit. ff. de pact. & de dolo malo scripserunt, imprimis Seruv. Exercit. ad ff. VI. & VIII. lib. 4. tit. 3. vid. & Schütz. in Compend. Jur. cit. titul.*

THESIS XLIV.

Superest, ut de iis agam, quæ proximo nostro ex *ultima te-* causa testamenti, legati & ab intestato successione de-*statoris di-* bentur ex juris connati principiis. Cum igitur nihil pro-*positio ex* hibeat, quin quis inter vivos liberè de re sua in alterius *l. Gent. 7.* gratiam disponere possit, nihil etiam prohibet, quominus quis dominium rei suæ in alium possit transferre, in casum mortis, jure sibi salvo, donec in vivis degat. Nec est exiguum mortalitatis solatium, si quæ quisque parta labore per vitam suam adquisiverit, ad illum potissimum pervenire faciat, quem præ aliis diligit. *vide Puffendorf. de J. N. & G. l. IV. c. 10. §. 5.* Antiquissimis autem temporibus receptum, ut imminente mortis periculo, palam hæredes quis suos nuncuparet, patrocini-umque de manu ad manum ipsis traderet. Post suam

ultimam voluntatem literis consignarunt, quam tamen pro lubitu mutare poterant, ita ut demum cum testator exspirasset, hæredibus jus nasceretur. Cum autem ex tali testatoris dispositione hæres nuncupatus, conscius huius rei spe jam hæreditatem devorans, votum captandæ mortis concipere posset; idèò tutum visum, testamenta scripta post mortem demum promulgare, ne cuius invidiam aut periculum crearent. *vid. Puffend. §. 6. cit. loc.*

THESIS XLV.

*Testament.
eorumque
divisio ex
l. Civ.*

Cautè idèò jus Civile prospexit ultimis defunctorum voluntatibus, certa que circa testamentorum ordinationem jura sanxit, quæ ex jure depromi possunt. Testamentum autem Juri Romani sic definiunt, ut sit voluntatis nostræ justa sententia de eo quod quis post mortem suam fieri velit, vel ultima defuncti voluntas, directam hæredis institutionem continens: quæ hæredis institutio caput & fundamentum est testamenti. *vid. §. 34. Instit. de Legat. & l. 3. in fin. ff. de his qua in testamentis delentur. Grozio* verò testamentum est alienatio universi patrimonij in mortis eventum, antè eam revocabilis, retento interim jure possidendi ac fruendi: *vid. Puffendorf. de J. Nat. & G. l. IV. c. 10. §. 2.* Testamentorum divisio est quod sit vel publicum vel privatum, hoc vel solenne vel minus: solenne vel scriptum, vel nuncupativum, publicum vel Principi oblatum, vel judiciale: quorum naturam variosque in jure effectus investigare superfedemus, cum jam nimis prolixi fuerimus. Illud tamen obiter circâ Principis testamentum notandum, cum à J. Civ. solennitatibus planè eximi, non tamen naturalibus & J. Gent. esse solutum. *vid. tamen §. 8. Instit. quib. m. test. in f.* quod & Mylerus de stâtu Imper. ad eorum liberos & uxores extendit. *u. D. Sveden.*

Disf

Dissertat. de Privileg. Personar. illustr. Sect. 2: c. 2. th. 31.
 & *Iter. de feudis Imperij c. 16. §. 8.* videtur poterit Dissertat.
 Inaugural. de Testamentis Principum ordinandis,
Auctor Dn. Conf. Gambf. conf. Magnif. Dn. D. Schilt. Exercit. ad ff. VI. 14. Is autem qui condit testamentum, testamenti factionem ut habeat requiritur. *l. 4. ff. qui testam. facere poss.* teneturque hæredem vel expressè instituire, vel expressè exhæredare: sufficit tamen si eum certis denotet indiciis, licèt exhæredati nomen exprimere non teneatur. Sed & exhæredationis causam ut delingnet requiritur. Quænam verò illæ sint *ex Nov. 115. c. 3. & 4.* cernere licet, ad quas & similes gravioresque referri possunt, (cui non obstat odiosa non esse extendenda:) puta, si gravem & inhonestam injuriam patri intulerit. *vid. Menoch. 2. arbitr. jud. 267.* quæ causa generalis est: item si sponsalia vel nuptias invito Patre contraxerit aut si stuprum filiz intulerit. *vid omninò Illustr. Dn. D. Schilt. Exercit. ad ff. thes. 63. & seqq.* testamentorum solemnia *vid. apud Schütz. in Comp. Jur. ad ff. de testament. & tit. de inoff. testament. conf. & Struv. Exercit. ad ff. 10. tit. 2: & Exercit. 23. tit. 1 & seqq. Passiv. Isagog. ad ff. l. 28.*

THESIS XLVI

Hæres testamento institutus sæpè cum onere instituitur ita ut legata & fideicommissa à testatore relicta præstare teneatur: æquum quippe est, ut quem hæreditatis commodum, eum & incommodum sequatur. Jur. Rom. antiquo legata variis modis & conditionibus relinquebantur; vel enim per vindicationem: per damnationem; sinendi modo: nec non per præceptionem §. 2. *Instit. de legat.* Post quibuscunque verbis, vel uni vel duobus, vel pluribus legari potest, modo exitum vo-

*Ademptio
legati.*

luntas defuncti habeat: idque separatim, vel conjunctim, vel mixtım: unde jus accrescendi ortum: id est jus acquirendi portionem conjuncti qui defecit. Variis autem de causis legata auferri possunt: ut si testator quibuscuque verbis vel in testamento vel in Codicillis legatum ademerit: ad aliumve transtulerit: si nomen legatarii non sit adscriptum in testamento. *l. 4. de reb. dub.* si poenae causa legatum fuerit: si legatum habeatur pro non scripto, & ita scriptum sit ut intelligi non possit. *l. 2. ff. de his qua pro non script.* tandem, si legatario, tanquam indigno, auferatur, ut si testatori mortis causam praebuerit. *l. 3. de his qua ut indign.* eumque gravis delicti reum faciat vel accuset. *l. 1. & 9. eod.* vid. *Pacij Isag. ad ff. tit. de legat. & seqq.*

THESIS XLVII.

Lex Falcidia.

Libertas legendi ex lege XII. tabularum relicta, lege Falcidia coarctata fuit, ne scilicet quis ultra dodrantem bonorum legare possit: aut si legatum fuerit, haeres quantum potius hereditatis salvam retineret. *vid. tit. Instit. de Leg. Falc.* Saepè testatores per interpositam personam fidei committebant eorum qui capere ex testamento poterant hereditatem: idco autem fideicommissa dicta, quia nullo vinculo juris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur, quae à tempore Augusti demum validitatem consecuta sunt: ab Ulpiano sic definitur: fideicommissum est quod non civilibus verbis sed precative relinquitur, nec ex rigore juris proficiscitur sed ex voluntate datur relinquentis: & est vel universale, cum vel tota hereditas, vel ejus pars relinquitur. *vid. tit. de fideicommiss. hered.* Particulare cum qui rogatur rem singularum alicui restituere. *vid. tit. de sing. reb.*

Fideicommiss.

reb. per fideicommiss. Hodie attendi solet, num liberi vel parentes fideicommissò putè sine gravari, num verò ex conditione aut ex die: illo casu legitimam tantum consequantur, hoc verò præter legitimam Trebellianicam retinent, quod iidem rationi naturali non incongruum. *vid. Gail. 2. observ. 121.* De cæterò observandum, ne plus quisquam rogetur alicui restituere quam ipse ex testamento cepit. *S. l. Instit. de sine reb. per fideicommiss.* nempe enim plus onerandus quam honoratus fuit. *l. 1. §. 17. ad SCA. Trebell.*

Trebellianica.

THESIS XLVIII

Cum sæpè contingit, ut subito abripiantur heredes *Successio* homines: nec quicquam de eo quod post mortem suam *lab in est.* fieri velint disponere amplius possint, vel etiam ut non *ex l. Gent.* velint: itaque lex naturalis certa quasi iuramentum ad intestato morientes statuit: cum haud probabile sit, enim, qui dum in vivis degeret, bonaque multa in dominio haberet, ea post mortem velle pro derelictis habere, quin id potius sana ratio suggerere videatur, præsumptum, velle defuncti fuisse, ut si mortalitate præventus fuerit, priusquam de se sua disposuerit: bona sua ad posteros illos, qui portio viscerorum suorum, & inter quos antiquissimum intercederet vinculum, & in quibus quasi revivisceret, transferri voluisse. Et cunctis ea ferè cupiditas est insita, ut familias suas quam maxime velint florere, nec semper qualis fuerit voluntas defuncti, quam qualis esse debnerit, puta ex regulis officij, respicietur: Maximam autem id à quo aliquid est, cum genito habet: necessitudinis connexionem; *Isaia. Orat. 1. Ruffanderf. de J. Nat. & G. l. 4. c. 11.* itaque in solatium mortalitatis cedit, si quis res suas, tanto labore paratas, illis possit relinquere, quos maxime amat id est liberos. Quia & in more

more positum, ad filios omnia per successionem deferre, *vid. Valer. Maxim. l. 7. c. 7. §. 2.* Et hoc quidem satis naturale est, in aliis autem cum *J. Nat.* dispositio sæpe fluctuaret, in eligendis idoneis successoribus, jura civilia certas rationes ac leges præscripserunt, ne avaritia hominum acerrimis litibus collideret illos, quæ pars ratio- num momenta videbantur favere: tum quia publicæ u- tilitatis maximè interest. *vid. Puffendorf. de Jure Nat. & Gens. l. IV. s. 11. §. 1. & 3.* & qui defunctum gradu vel officio attingerent, statim ejus successionem capere pos- sent. Intestatum autem illum vocamus, qui aut omni- no testamentum non fecit, aut id quod fecerat, ruptum irritumve factum est: aut si ex eo nemo extiterit hæres.

THESES XLIX.

*Descendēs.
successio
ex iur.
Civ.*

In ordine successionis ab intestato veniunt, primò uti jam dictum Descendentes: cum his naturæ simul & Parentum commune votum hæreditatem tribuat, *l. 7. in f. ff. si tabb. testament. null. exst.* imò & lex ipsa ea quæ sunt patris dat filio, & non permittit eum testari cui filij sint legitimi. Et ne judicio quidem parentis, nisi meritis de causis ab eâ successionem moveri possunt. *l. 7. ff. de bon. damnat.* Pugnat & pro his affectus vehemen- tissimus, quem nonnisi rarò enormia liberorum scelera, aut inusitata parentum feritas extinguit. Et quidem suc- cedunt inter filios, primò legitimè nati: etiam primò mense post nuptias. *l. 11. C. de Natur. Liber.* nulla distin- ctione habita inter suos & emancipatos, qui hodiè suis sic exæquantur, ut jam auxilio Prætoris non egeant: & hoc quoad jus succedendi, non quoad modum: cum sui ipso jure acquirant hæreditatem: emancipati eam adire debent. *vid. l. 27. C. de testam.* quod hunc in jure ef- fectum habet, ut demùm adita illa, ad quosvis hæredes hære-

hæreditatem transmittere possit : sive masculi sive fœminæ, quod secus obtinet in feudis masculinis. 1. *Feud.* 1. §. 3. Nati nascendique l. 30. §. 1. ff. de A. vel O. Hæred. attento tamen, num ex eodem num verò diverso nati sint matrimonio: Primi & ulterioris gradus; primi succedunt in capita seu viritim, cum scil. hæreditas æquali dividitur lance: ulterioris verò gradus in stirpes jure representationis: Legitimati per subsequens matrimonium, qui naturalibus sunt similes, & legitimis ab initio. *Nov.* 12. c. 4. & *Nov.* 89. c. 8. vel per Rescriptum Principis hac consideratione, num ante legitimationem extent liberi, quo casu legitimati non succedunt. cit. *Nov.* c. 9. nisi Princeps illud expresserit: Sin verò legitimati extent, succedunt cit. *Nov.* secus ac in feudis. v. 2. feud. 26. §. 24. Legitimi, qui vel adoptati vel arrogati, qui patri adoptivo vel arrogatori succedunt: Naturales ex concubina nati matri succedunt: secus in *Gallia* ubi tantum ad alimenta tenetur mater. conf. omninò *le Droit Civil réduit en ordre naturel de la succession ab Inestat.*

THESIS L.

Ascendentes, deficientibus descendantibus, quod contra parentum commune votum, naturalemque erga filios charitatem, turbato ordine mortalitatis contingit. l. 15. ff. de in offic testam. quosque præter liberorum amissionem, & bonis quoque spoliare velle crudele. Præponuntur ergò ascendentes omnibus ex latere cognatis, exceptis solis fratribus ex utroque parente conjunctis defuncto, eorumque liberis. *Nov.* 127. c. 1. qui germanorum fratrum liberi tantum in stirpes succedunt: Nepotes tamen fratrum germanorum excluduntur: cum ultra filios fratrum representationis jus non extendatur. Qui tamen ascendentes proximiores, gradu remotiores excludunt.

Ascenden-
tes.

G

Ratio

Ratione sexus : hodiè æqualiter : ubi alij paternæ, alij maternæ lineæ : exceptio est in usufructu, quem in bonis adventitiis filio vivo acquisivit, quemque post mortem filij retinet, ob jus quæsitum in illis, quod demum morte usufructuarij non proprietarij cessat. *vid. §. 3. J. de usufr.* salvo & ipsi peculio profectitio. Quid de parentibus illegitimis ex liberorum illegitimorum successione statuendum idem juris ac thes. præced. Adoptives quod attinet, *vid. l. penult. C. de adopt. conf. omnino tabul. success. Dn. Hoppij l. III. Inst. tit. 9.* nec non *Dissert. de success. ab intestat. sub Præsidio Excellentiss. ac Consultiss. Dn. D. Felck. thes. VIII.*

THESIS LI.

Collaterales.

Veniunt in tertio ordine Collaterales, remoto discrimine sexus agnationis cognationisque, *vid. Nov. 113. c. 3.* primum locum hic obtinent fratres sororesque germani ex utroque latere conjuncti ; cum quibus tamen & fratrum eorumque filij jure repræsentationis admittuntur ; non nepotes. Sunt autem fratres vel bilaterales, aut soli fratres Germani, & succedunt in capita, i. e. jure sanguinis & proprio, non transmissio. Unilaterales qui vel consanguinei vel uterini. Alij iterum Collaterales, ut fratrum nepotes, cæterique ; & proximior excludit remotiorem. In illis cessat I. duplicitas vinculi, excepto consobriño ex utroque latere conjuncto. II. jus repræsentationis. III. honorum distinctio. IV. diversitas agnationis & cognationis. Quomodo autem & legitime facti, legitimati item & illegitimi succedant ex *D. Hoppij tabul. success. l. jam cit.* videre est, qui accuratè successoris ab intestato materiam tam ex Jure Civili quam Feudali & Statutario, nec non successionem conjugum pertractavit. Sic conferri meretur *Dissertat. de successione*

sione & successoria renunciacione inter Familias illustres ex pacto, sub *Præsidio Dn. D. Rebhanij.* & Dissertat. de Successione Fisci Inaugural, *Auct. Dn. Spielmann. & Dissertat. de Success. Feud. Auct. Fugmanno Argent. Anno 1664. habita. vid. etiam Illustr. Dn. Stryk. tract. de Success. ab intest.* qui plerasque in ampla successionalis ab intestato materia, controversias doctè resolvit.

THESIS LII.

Quæstio adhuc hic suppleri potest, quid juris circa liberorum alimenta, à Parentibus ipsis debita, obrineat? cum naturalis stimulus seu *εὐνοια* parentes, ad liberorum educationem, hortetur, *pr. J. de J. N. G. & C. l. i. §. 3. ff. de Instit. & Jur. l. unic. C. de Rei ux. abt. §. 5.* Sunt tamen, qui id quidem naturæ congruum esse, non tant ex justitia explettrice, quasi debitum esset, sed ex justitia attributrice, ut scil. inhumanè faciat qui illa denegare vellet, stabiliunt. *vid. Menoch. in auth. novissima C. de inoff. testam. n. 298.* Id saltem Nat. legibus consonum videtur, Parentibus perfectam incumbere obligationem liberos alendi, donec in victu & amictu sibi comparando apti nati sint, inhumanum quippe & piaculum esset, liberis esse dare, seu eos procreare, & iis subsistere, seu vitæ subsidia & alimenta abnuere: generando siquidem liberos, sese ultrò obstrinxisse videntur, ut quantum in se est, ipsis superesse velint: sed & citrà compulsam legum civilium Sanguinis auctor, ex illo insito naturæ stimulo & affectu ad proprium alendum foetum allicitur: quin & communiter nemini lautius prospectum volunt parentes, quam ex sese genitis. *v. Gros. de J. B. & P. l. 2. §. 4. n. 2. & Puffend. de J. N. & G. c. 11. §. 4. & 7. vid. Bæcler. Comments. ad locum Gros. cit. accedit huic Nat. distamini & Scripturæ sacre auctoritas*

2. ad Corinth. II. & Galat. IV. vers. 1. & 2. Sed & Jus Civile id imperat, ita ut Pater statim ac filius natus est, alere teneatur. l. 4. de agnos. & alend. lib. imò & Mater Patre defuncto vel non sufficiente. l. 5. §. 2. eod. & L. penult. & Ascendentes à matre si hæc egestate prematur, aut mortua sit l. 8. eod. Quod non tantum ad liberos primi gradus, sed & secundi, & ulterioris extenditur. l. 5. §. 1. 2. 3. & l. 8. cit. loc. l. ult. §. 1. C. de bon, qua lib. siquidem à propioribus parentibus ali nequeant nec tantum ad legitimos sed & naturales: imò J. Nat. ad illos qui ex incestuoso concubitu nati. Cur enim miser & innocens proles alienum ob delictum fame pereat? Puffendorf. cit. l. §. 6. & Jure Canon. can. 5. X. de eo qui dux. in matr. quam poll. per adult. Alimentorum nomine venit quicquid ad vitæ sustentationem & ad vitam socialem & civilem est necessarium: donec propria industria ea sibi comparare possit: adeoque & sumptus studiorum, quòd tamen ex fortuna parentum erit dijudicandum: ideò & hi in collationem non veniunt nec in legitimam imputantur. v. Struv. Exerc. 37. 29. & th. 37. 29. Sed & Jur. Natur. egenis Parentibus subenire debent filij. l. 5. pr. §. 1. 2. de agnos. vel. al. liber. Inter omnia enim justa & legitima, hoc unum optimum maximum ore omnium celebratur, patris curam gerere, id quod DEO acceptum justumque est. Parentibus debetur honor, ministerium corporis, rerumque necessarium suppeditatio promptissima ac liberalissima. Hierocli. in Comment. ad Pythagoreorum Carmin.

THE SIS LIII.

Unicum adhuc restat, ut coronidis loco axiomata quædam subjiciam, quæ demonstrent, quanti principia innata faciant Jcti, quorum primum esse poterit: Ratio natu-

naturalis cuncta recte disponit, *Bald. consil. 38. D. Thome*
 in fine lib. 1. subdit, quod vix aliquid reperitur contra
 naturalem rationem, quod non remordeat conscientiam;
 & dicitur polus omnis virtutis quia omnia nobis insi-
 nuat ex quo est pura ratio, quæ loquitur in corde, *idem*
Bald. Consil. 343. Ideoque deficiente lege rationem na-
 turalem allegare licet c. frustra 7. dist. 2. §. 2. §. item
 Varus l. 13. §. 2. de Excus. tut. & rationale dictum ita
 movere debet judicem sicut lex, Andr. de Isernia in pro-
 cem. feud. n. 47. ac miseria est intellectus, nolle statue-
 re ex evidenti ratione, nisi quod ante per DD. consultum
 vel statutum sit *Castr. in l. Clodius in fin. de A. vel O. H.*

THESIS LIV.

Alterum sistimus: Ratio naturalis in statutorum
 interpretatione dicitur esse potentissima. *Bald. Jason. in*
l. si is qui ff. pro emptor. Ratio enim naturalis idem est
 quod justitia prævalens rationibus conjecturalibus. *An-*
gel. consil. 345. Consil. Argentor. 1. consil. 73. num. 171.
 cum quicquid ea præcipit semper firmum ac immuta-
 bile permaneat nec mutari legibus civilibus queat. §. sed
 naturalia J. de J. Nat. & Gent. & c. quia ratio natura-
 lis homini inest tanquam propria actio & perfectio pro-
 pt post *Bald. refert Raudens.* eaque vel sola in causis de-
 finiendis sufficit, *Natta conf. 532. num. 33.* unde & ea RE-
 GINA JURIS vocata *Zaf. in l. 84. n. 11. ff. de P. O.*
Cravetta consil. 31. n. 5. vol. 1. Possent plura addi, sed hæc
 speciminis loco sufficiant. Hocque ipso in Academicæ
 Inaugurationis negotio receptæ observantiæ morem ge-
 rimus, reliqua, quæ multa supersunt, in commodius tem-
 pus reservantes. A te verò Benev. & Hum. Lector
 æquum ac mite judicium animitus

precor.

F I N I S.



NOBILISSIMO
DOMINO FERRY

DE
PRINCIPIIS JURIS INNATIS,

Inauguraliter disputanti.



Principium docte dum *Juris*, Amice,
resolvis,
Sic claudit studium *finis* honorificus.

Nec dum *principia* hæc mortali *innata*
superfunt,

Ullus nempe TUI *finis* honoris erit!

L. M. Q. P.

JOH. HENRICUS FELTZ,
U. J. D. & P. P.

